



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum  
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt  
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agripp., 1644**

Ætas ordinandorum ad Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum  
seruanda etiam per Regulares examinandos, ab Episcopo Diœcesano, n.  
19.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41767**

quã habitat: Item nisi testimoniales literas habeat ætatis suæ per Parochum inspecto libro Baptismali, aut auditis parentum vel susceptorum, vel ijs deficientibus aliorum fidedignorum testiũ depositionibus, fideliter expeditas secundum formulas supra n. 6. & 7. annotatas, tituliq; sufficientis documẽta.

1. *Ætas ordinandorum ad Subdiaconatum, Diaconatum & Presbyteratum seruanda etiam per Regulares examinandos ab Episcopo.*

2. *Ordinatorũ ante ætatem, extra tempora à iure statuta, & sine literis Dimissoriis, Pœna.*

XIX. Circa Ordinandorum ætatẽ seruetur Decretum Concilij Tridentini, a nimirum vt nullus ad Subdiaconatus ante vigesimum secundũ, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintũ ætatis suæ annum inchoatum promoveatur. Neque singuli in ea ætate constituti debent ad hos ordines assumi, sed digni duntaxat, & quorum probata

vita senectus sit. Regulares quoque nec in minore ætate, nec sine diligenti Episcopi examine, quemadmodum in eodem Concilio Tridentino præscriptum est, ordinentur: privilegijs quibuscuque, quoad hoc, penitus exclusis. Si quis autem vel secularis, vel Regularis absque speciali dispensatione Apostolica, ante huiusmodi ætatem ad aliquem ex sacris Ordinibus se fecerit promoueri, à suorum ordinum executione ipso iure sit suspensus; & si eã suspensione durante, in iisdem Ordinibus ministrare præsumpserit, eo ipso irregularitatem incurrat, præter alias pœnas, in tales generaliter à iure infirmitas, Beneficijs Ecclesiasticis, quæ obtinet, potest iure priuari; quæ omnia & singula ex Constitutione sel. rec. Pij secundi Pontificis Maximi & etiam in ijs locum habent, qui extra tempora à iure statuta, vel absque literis Dimissorij Antistitis sui Diocesani sacris Ordinibus se ingerunt.

a Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 12. Conc. Prouinc. Colon sub Henrico Archiep. ca. 8. pag. 80 & 98. col. 2. b Pij Papa 2. Constitutio 7. tom. 1. Bullarij.

Nemo

*Nemo ordinandus est absque Canonico  
titulo beneficiati pacificè possesso.*

XX. Cum nullus ad ordines titulo beneficij Ecclesiastici quantumvis optimi promoueri debeat, nisi canonicam institutionem, & pacificam possessionem eiusdem beneficij se obtinere antea probauerit; & idcirco qui ad Ordinem Subdiaconatus se præsentare uoluerint, maturè prius examinata illius muneris, ad quod aspirant, dignitate, & si onus quod vltro appetunt (nempe perpetuam castitatem seruandi, & Dei seruitio atque Ecclesiæ ministerio se totos mancipandi) vires eorum, Deo adiuuante, excedere non sperent, compareant aliquot diebus ante ipsam ordinationem, coram nostro in Pontificalibus Vicario, cum documentis collationis seu institutionis, possessionis; nec non annui valoris sui beneficij, ad cuius titulum promoueri intendunt; quæ si sufficientia iudicauerit, hoc suo scripto testabitur, ne cum ad examen vitæ & doctrinæ venit, hæc inquisi-